San Antonio de Padua Chapel
Dominica in Albis in Octava Paschae
Mubo nga Dominggo

Introitus	***Introito***
1 Pet 2:2 ***Q***uasi modo géniti infántes, allelúja: rationabiles, sine dolo lac concupíscite, allelúja, allelúja, allelúja. *Ps 80:2* Exsultáte Deo, adjutóri nostro: jubiláte Deo Jacob. *V.* Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. *R.* Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in saecula saeculórum. Amen. ***Q***uasi modo géniti infántes, allelúja: rationabiles, sine dolo lac concupíscite, allelúja, allelúja, allelúja.	*1 Ped 2:2* ***S***ama sa mga bata nga bag-o pang nahimugso, alleluia, tinguhaa ninyo ang espirituhanong gatas nga walay sambog, alleluia, alleluia, alleluia. *Sal 80:2* Awitig kusog uban sa kalipay ang Dios nga atong manlalaban; pag-awit ug mga pagdayeg ngadto sa Dios ni Jacob. *V.* Gloria sa Amahan ug sa Anak ug sa Espiritu Santo. *R.* Maingon sa sinugdan karun ug sa gihapon sa mga katuigan nga tanan. Amen. ***S***ama sa mga bata nga bag-o pang nahimugso, alleluia, tinguhaa ninyo ang espirituhanong gatas nga walay sambog, alleluia, alleluia, alleluia.

Gloria

Collect	***Collect***
Orémus. Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui paschália festa perégimus, hæc, te largiénte, móribus et vita teneámus. ***P***er Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.	***M***ag-ampo kita. Nangamuyo kami Kanimo, Makagagahum nga Dios, nga kami nga nagsaulog sa Pista sa Pasko, pinaagi sa Imong grasya, mamahimo kami nga magpuyo sa mga bunga niini diha sa among adlaw-adlaw nga bulohaton ug kinaiya. ***P***inaagi sa among Ginoong Jesu-Cristo, Imong Anak, nga buhi ug hari uban kanimo, diha sa kahiusa sa Espiritu Santo, Dios nga usa hangtod sa kahangturan. *R.* Amen.

Léctio Epístolæ Beáti Joannis Apóstoli	Pagbasa Gikan sa Sulat ni San Jun Apostol
1 Ioannem 5:4-10: Caríssimi: Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum: et hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quóniam Jesus est Fílius Dei? Hic est, qui venit per aquam et sánguinem, Jesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua et sánguine. Et Spíritus est, qui testificátur, quóniam Christus est véritas. Quóniam tres sunt, qui testimónium dant in coelo: Pater, Verbum, et Spíritus Sanctus: et hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimónium dant in terra: Spíritus, et aqua, et sanguis: et hi tres unum sunt. Si testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei majus est: quóniam hoc est	*1 Juan 5:4-10:* Mga minahal uyamot: Kay bisan unsa nga igaanak gikan sa Dios modaug sa kalibutan; ug ang pagdaug nga nagadaug sa kalibutan mao kini: ang atong pagtoo. Ug kinsa ba ang mananaug sa kalibutan kondili siya lamang nga nagatoo nga si Jesus mao ang Anak sa Dios? Si Jesu-Cristo, mao kini siya ang mianhi pinaagig tubig ug dugo; dili pinaagi sa tubig lamang, kondili pinaagi sa tubig ug sa dugo. Ug ang Espiritu mao ang nagapamatuod niini, kay ang Espiritu mao man ang kamatuoran. Kay tulo man ang nagapamatuod niini, nga mao ang Espiritu, ang tubig, ug ang dugo; ug kini silang tulo nagakauyon. Kon ang pamatuod gikan sa mga tawo

Hinikay ni Ariel A. Alonto

Hindang, Leyte, Philippines

testimónium Dei, quod majus est: quóniam testificátus est de Fílio suo. Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se. *R.* Deo gratias.	ginadawat nato, ang pagpamatuod nga gikan sa Dios labaw pa niini; kay ang pagpamatuod sa Dios mao man kini, nga siya nakapamatuod na mahitungod sa iyang Anak. Ang nagasalig sa Anak sa Dios nagabaton sa pagpamatuod diha sa iyang kaugalingon. Ang wala magatoo sa Dios, nagapakahimo kaniya nga bakakon, kay wala man niya saligi ang pagpamatuod nga gihimo sa Dios mahitungod sa iyang Anak. *R.* Salamat sa Dios.

Alleluia	***Alleluia***
Allelúja, allelúia. *Matt 28:7* In die resurrectiónis meæ, dicit Dóminus, præcédam vos in Galilaeam. Alleluia. *Joannes 20:26* Post dies octo, jánuis clausis, stetit Jesus in médio discipulórum suórum, et dixit: Pax vobis. Allelúia.	Alleluia, alleluia. *Mat 28:7* Sa adlaw sa akong pagkabanhaw, miingon ang Ginoo, magauna ako kaninyo sa Galilea. Alleluia. *Juan 20:26* Walo ka adlaw tapus niini, ang mga pultahan tinakpan, si Jesus mitungha ug mitindog sa ilang taliwala, ug miingon: Ang kalinaw magauban kaninyo. Alleluia.

Sequéntia ✠ Sancti Evangélii Secúndum Ioannem.	***A***ng Sumpay ✠ sa Santos nga Ebanghelyo Sumala ni San Juan
R. Gloria tibi, Domine! *Ioannem 20:19-31:* In illo témpore: Cum sero esset die illo, una sabbatórum, et fores essent clausæ, ubi erant discípuli congregáti propter metum Judæórum: venit Jesus, et stetit in médio, et dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixísset, osténdit eis manus et latus. Gavísi sunt ergo discípuli, viso Dómino. Dixit ergo eis íterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Hæc cum dixísset, insufflávit, et dixit eis: Accípite Spíritum Sanctum: quorum remiseritis peccáta, remittúntur eis; et quorum retinuéritis, reténta sunt. Thomas autem unus ex duódecim, qui dícitur Dídymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. Dixérunt ergo ei alii discípuli: Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis: Nisi vídero in mánibus ejus fixúram clavórum, et mittam dígitum meum in locum clavórum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo, íterum erant discípuli ejus intus, et Thomas cum eis. Venit Jesus, jánuis clausis, et stetit in médio, et dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer dígitum tuum huc et vide	*R.* Himayaon Ikaw, O Ginoo! *Juan 20:19-31:* Niadtong panahona: Ug sa pagkasawomsom na niadtong adlawa, ang nahaunang adlaw sa semana, samtang tinakpan ang mga pultahan sa dapit diin didto ang mga tinun-an tungod sa kahadlok nila sa mga Judio, si Jesus mitungha ug mitindog sa ilang taliwala ug miingon kanila, "Ang kalinaw magauban kaninyo." Ug sa nakasulti na siya niini, iyang gipakita kanila ang iyang mga kamot ug ang iyang kilid. Busa ang mga tinun-an nangalipay sa ilang pagkakita sa Ginoo. Ug si Jesus miingon kanila pag-usab, "Ang kalinaw magauban kaninyo. Maingon nga gipadala ako sa Amahan, mao man usab igapadala ko kamo." Ug sa nakasulti na siya niini, gihuypan niya sila sa iyang gininhawa ug miingon kanila, "Dawata ninyo ang Espiritu Santo. Kinsa ganing mga sala ang inyong pasayloon, kini pagapasayloon; kinsa ganing mga sala ang inyong pahawiran, kini pagahawiran." Usa sa Napulog-Duha nga mao si Tomas, nga ginganlag ang Kaluha, wala mahiuban kanila sa pagtungha ni Jesus.

manus meas, et affer manum tuam et mitte in latus meum: et noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas et dixit ei: Dóminus meus et Deus meus. Dixit ei Jesus: Quia vidísti me, Thoma, credidísti: beáti, qui non vidérunt, et credidérunt. Multa quidem et alia signa fecit Jesus in conspéctu discipulórum suórum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credátis, quia Jesus est Christus, Fílius Dei: et ut credéntes vitam habeátis in nómine ejus. . *R.* Laus tibi, Christe!		Busa gisuginlan siya sa ubang mga tinun-an nga nanag-ingon, "Nakita namo ang Ginoo." Apan siya miingon kanila, "Gawas kon makita ko ang inagian sa mga lansang diha sa iyang mga kamot, ug ikapasulod ko ang akong tudlo diha sa inagian sa mga lansang, ug ikapasulod ko ang akong kamot diha sa iyang kilid, dili gayud ako motoo." Walo ka adlaw tapus niini, ang iyang mga tinun-an didto na usab sa sulod sa balay, ug si Tomas uban kanila. Ang mga pultahan tinakpan, apan si Jesus mitungha ug mitindog sa ilanmg taliwala, ug miingon, "Ang kalinaw magauban kaninyo." Ug siya miingon kang Tomas, "Ihikap dinhi ang imong tudlo, ug tan-awa ang akong mga kamot; ambi ang imong kamot ug ipasulod kini sa akong kilid. Ayaw na nianang pagkadili matinoohon, hinonoa magmatinoohon ka." Ug si Tomas miingon kaniya, "Ginoo ko ug Dios ko!" Ug si Jesus miingon kaniya, "Mitoo ba ikaw tungod kay nakita mo ako? Dalaygon kadtong wala managpakakita, ngani nanagpanoo. Ug sa atubangan sa mga tinun-an gipanghimo ni Jesus ang daghan pang ubang mga milagro nga wala mahisulat niining basahona; apan kining ania gisulat aron motoo kamo nga si Jesus mao ang Cristo, ang Anak sa Dios, ug nga sa pagtoo makabaton kamog kinabuhi diha sa iyang ngalan. *R.* Daygon Ikaw, O Cristo!

Credo

Offertorium	***Opertoryo***
Orémus. *Matt 28:2; 28:5-6* Angelus Dómini descéndit de coelo, et dixit muliéribus: Quem quaeritis, surréxit, sicut dixit, allelúja.	***M***ag-ampo kita. *Mat 28:2; 28:5-6* Usa ka Anghel sa Ginoo mikunsad gikan sa langit, ug miingon ngadto sa mga babaye; Siya nga inyong gipangita wala na dinhi; kay siya nabanhaw, sumala sa iyang giingon. Alleluia.

Secreta	***Secreta***
Suscipe múnera, Dómine, quæsumus, exsultántis Ecclésiæ: et, cui causam tanti gáudii præstitísti, perpétuæ fructum concéde lætítiæ. ***P***er Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.	Nangamuyo kami Kanimo, O Ginoo, nga Imong dawaton kining mga gasa nga gihalad sa Imong nagsadya nga Simbahan: ug ihatag sa Simbahan ang ganti sa walay katapusan nga kalipay. ***P***inaagi sa among Ginoong Jesu-Cristo, Imong Anak, nga buhi ug hari uban kanimo, diha sa kahiusa sa Espiritu Santo, Dios nga usa hangtod sa kahangturan. *R.* Amen.

Præfátio Paschalis	***Prepasyo sa Pagkabanhaw sa Ginoo***
Vere Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre: Te quidem, Dómine, omni tempore, sed in hac potíssimum die gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:	***A***ngay ug matarung gayud, sibo ug makaluwas, kanunay ug sa tanang dapit apan ilabi na gayud karong niining adlawa, nga dayegon Ikaw, O Ginoo, sa tumang paghimaya, kay si Kristo nga among Pasko nahalad na man. Kay Siya ang tinuod nga Kordero nga nagawagtang sa mga sala sa kalibutan: sa iyang kamatayon iyang gigun-ob ang kamatayon; ug sa iyang pagkabanhaw, iyang giuli ang kinabuhi. Ug busa uban sa Anghel ug mga Arkanghel, uban sa mga Trono ug Dominasyon, ug sa tanang kagahuman sa langit, nagaawit kami sa himno sa Imong himaya, diha sa walay hunong pag-ingon:

Communio	***Komunyon***
Ioannes 20:27 Mitte manum tuam, et cognósce loca clavórum, allelúja: et noli esse incrédulus, sed fidélis, allelúja, allelúja.	*Juan 20:27* Ihikap dinhi ang imong tudlo, ug tan-awa ang akong mga kamot, alleluia; Ayaw na nianang pagkadili matinoohon, hinonoa magmatinoohon ka, alleluia.
Postcommunio	***Post Komunyon***
Orémus. Quǽsumus, Dómine, Deus noster: ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti; et præsens nobis remédium esse fácias et futúrum. ***P***er Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.. *R.* Amen.	***M***ag-ampo kita. Nangamuyo kami Kanimo, O Ginoo nga among Dios, nga kining santos nga mga Misteryo nga Imong gihatag kanamo, Imong himoon nga taming sa among pagbag-o, ug tambal alang kanamo karon ug sa umaabot. ***P***inaagi sa among Ginoong Jesu-Cristo, Imong Anak, nga buhi ug hari uban kanimo, diha sa kahiusa sa mao gihapun nga Espiritu Santo, Dios nga usa hangtod sa kahangturan. *R.* Amen.